manuscript

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8405
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et dixit ei Responde constitue dno altare in area areuna iebusei
At illi in egypto ymolabant Vide igitur quam subtiliter quam modera
te conveniat illos et arguat ut legis prevaricatores Et illa oratione
neemie dictum ita recensentes Constitue populum tuum in loco sancto
tuo sicut sicut dixit moyses Nimirum locum dei sanctum iherosolimis
esse volentes cum eumque electum locus in egypto prescriptum sanctus utique
esse non posset Item illud · sive sacrificium illud appellavit neemias
nephar quod interpretatur purificatio que alia ut aliis romanis erat
quam purificatio mensis casleu de qua supra diximus quam appellant
purificationem templi Istam vero dicit ignis qui vero dies eius instit
quibus fuerit non oportuit illis amitterari faciebant et olim celebrabant
Narrationibus tamen veris locum electum templum sanctum | Cap xx
Natz legittimum decertantes non potuisse illos hec intra egipti
sed habere in iherosolimis non nichil sibi deesse sentiebant Quia utique tha
bernaculum et archam et altare incensi quod fecit moyses non habebant Prop
ter emulis vero suis scilicet iudeis habentibus suum in egypto templum hoc
videbatur quod gloria magna transslata fuisset ab iherosolimis tamque
ratio nulla esset ut esse posset alia sufficiens ad commendandam vel prefe
rendam dignitatem templi iherosolimitani quo non haberent illa in
signia thabernaculum et archam et altare incensi Super isto quasi glo
riamento consolantur semetipsos sic inferendo Invenitur autem in descrip
cionibus iheremie prophete quod iussit accipere ignem eos qui transmigrabantur
ut significatum est Erat autem in ipsa scriptura quomodo thabernaculum et archam
iussit propheta divino responso ad se facto comitari secum usque quo
exiit in montem in quo moyses ascendit et vidit, et vidit dei here
ditatem Et veniens ieremias invenit ibi locum spelunce et thabna
culum et archam et altare incensi intulit illuc et ostium obstruxit et
dixit quod ignotus erit locus donec congreget deus congregacionem
populi et propicius fiat et tunc dns ostendet hec et apparebit maies
tas dni et nubes erit sicut et moysi manifestabatur et sicut cum
salomon peciit ut locus sanctificaretur magno deo manifestabat
hec Et ut sapienciam habens obtulit sacrificium dedicacionis et consumacio
nis templi sicut et moyses orabat ad dnm et descendit ignis de celo
Consolatio hec // et consumpsit holocaustum // Capitulum xxi
opportuna extitit magna pro legittimo dei templo quod erat

Quod intencio dicat erat autem in ipsa scriptura quomodo tabernaculum et archam iussit propheta divino responso ad se facto comitari secum et cetera · j ·

De eo quod dicat · donec congreget deus congregacionem populi et propicius fiat et tunc dns ostendet hec et apparebit maiestas dni et nubes erit et cetera ·